



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Examen Theologiæ Moralis**

**Moure, Antonio Fernandes de**

**Coloniæ Agrippinæ**

Cap. 15. De Sacramento Matrimonij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40934**

## CAPVT XV.

## De Sacramento Matrimonii.

§. Nostri est finis non ita ieiune de sacramento agere, ut  
 lam institutionem eorum, materiam, formam, ministrum, ob-  
 iectum & effectum ostendamus: sed ea persequi, qua commu-  
 ter Doctores agitare solent. Ideo acturi de sacramento Mat-  
 monij, dicemus prius de contractu naturali, in quo fundatur.  
 De impedimentis ad nuptum. De sponsalibus, & Denuntiatio-  
 nibus, qua pramittuntur: postea de Repudio, Polygamia, & Apo-  
 gemus.

De Matrimonio, quatenus est contractus  
 naturalis. §. 1.

- 1 Quid est matrimonium naturale.
- 2 A quo fuit institutum.
- 3 Quando à Deo fuit institutum.
- 4 Quomodo fuit institutum.
- 5 An tale matrimonium sit ex præcepto diuino natu-  
 rali.

1 **Q**UÆSTIO. Quid est matrimonium naturale? Res-  
 Est cōtractus inter virum, & mulierem, nullo na-  
 turæ, aut humanæ legis impedimento inhabilis  
 ad contrahendum, de retinendo perpetuam vitæ con-  
 suetudinem, aliquo externo signo declaratus.

2 **Q**UÆST. A quo fuit hic contractus naturalis institutus?  
 RESP. A Deo ipso. Ita Catholici Doctores. Probat Augu-  
 stinas in 4. d. 26. quæst. 1. art. 2. Nam ab eo præcipue facta  
 fuit matrimonij institutio, à quo primo, ac præcipue fi-  
 cta fuit legitima viri, ac mulieris coniunctio maritalis:  
 sed à Deo ipso facta fuit talis maritalis coniunctio, se-  
 cundum



cundum Christi Domini testimonium Matth. 19. *Quod Deus coniunxit homo non separet, ergo, &c.*

3 QVAEST. *Quando fuit à Deo institutus hic contractus maritalis: R E S P.* Bis secundum Doctores, semel tempore innocentis Naturæ ante peccatum: Ita notat Gratian. cap. Sicut h. his ita 32. *quæst. 2. Mag. in 4. d. 16. ibidem. Scot. quæst. vnica Abb. Mag. D. Bonauen. quæst. 1. art. 1. Richard. quæst. 2. art. 3.* Institutum vero fuit in statu innocentiae in officium naturæ ad propagandam prolem, vt loquitur D. Augustin. *de Gen. ad lit. cap. 7.* In statu vero peccati in remedium concupiscentiæ, vt colligitur ex D. Paulo. 1. Cor. 7. *dicente: propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnaquaque suum virum.*

4 QVAEST. *Quomodo facta fuit à Deo huiusmodi matrimonij naturalis institutio: R E S P.* Omisissis plurimis hac de re opinionibus, dico. Primum. Matrimonium in statu innocentiae, vt est contractus naturalis, institutum fuit à Deo per inspirationem, qua reuelauit Adamo, & Eux se velle, vt inter Adamum, & Euam, ac inter eorum posteros esset maritalis coniunctio, perpetuam vitæ consuetudinem retinens. Qua facta reuelatione adduxit Euam ad Adamum accipiendam in suam, ac proinde tanquam paranympus primos humani generis parentes cōiunxit. Notat Ben. Per. *lib. 4. in Gen. disp. de formation. Eux, quæst. 9.* Ita præter Bonauen. Scot. Argentinatem citatos tener Abulensis *super verba Gen. Non est bonum hominem esse solum. D. Thom. in addit. quæst. 42. art. 4. & super Genesis citata verba. Non est bonum, &c.* Dico secundum. Hæc institutio facta fuit in paradiso voluptatis. Ita notant Gratianus, & Magister *citatus locis Altifiodor. in sum. tractat. 4. de matrimen.* Dico Tertium. Hanc institutionem Adamus promulgauit, cum matrimonium contraxit, dicendo Eux. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, accipiente Eua contractum.* Dico quartum. Matrimonium in statu peccati, prout est contractus naturalis, institutum fuit à Deo *Gen. 9. cum dixit Noe, & posteris illius post diluuium. Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Ita Richard. *loco citato.*

5 QVAEST. *Estne contractus matrimonialis ex iure diuino naturalis: R E S P.* Dico primum. In mundi exordio & post  
Medull. Casuum.                      Z z                      dilu.



diluuium ob penuriam generis humani tenebantur ho-  
 mines contrahere matrimonium ex iure diuino natu-  
 rali. Ita D. Thom. *quodl. 7. art. 17. & in addit. qu. 4. art. 1.*  
*ad 1. D. Bonau. in 4. q. 16. art. 1. qu. 3. Durand. quest. 2. Palud.*  
*quest. 3. nu. 4.* Ratio est, quia ex iure diuino naturali pro-  
 teneretur subuenire toti: sed propagatio speciei humanae  
 pendet ex singulis hominib. per legitimam generationem  
 procreatis, ergo in penuria ac defectu speciei humanae  
 tenentur homines ad actus matrimoniales exercendos.  
 Dico secundum: Modo post multiplicationem humanae  
 speciei singuli homines singulariter sumpti deobligan-  
 tur ab hoc naturali iure. Dixi, singulariter, quia non  
 sumpti, vt continent totam speciem humanam, ad hoc  
 eo iure adstringuntur. Ac proinde si omnes omnino sin-  
 gulares matrimonio abstinerent, tenerentur Principes  
 communitatis aliquos cogere ad nuptum. Ita D. Thom.  
 Bonau. Sor. Durand. Palud. *locis citatis.* Cum igitur D.  
 Paul. 1. Cor. 7. dixit, loquendo de virginitate seruanda: *U-*  
*lo autem omnes homines esse sicut me ipsum,* verbum, omnes  
 sumit diuisim, non vero coniunctim. Dico tertium: In  
 modo ob pestes aut bella, tanta facta esset humanae spe-  
 ciei diminutio, quanta fuit in exordio mundi, & post di-  
 luuium, etiam obligarentur ex ipso naturali iure singuli  
 homines ad contrahendum matrimonium. Hae con-  
 clusio claret ex ratione adducta in primo dicto. Neque  
 ab hoc implendo naturali iure deobligarentur, qui vo-  
 tum haberent castitatis ex vi praecisa ipsius voti. Ita Du-  
 rand. & Argentin. & Sorus citati. Paludius in 4. d. 16. d. 1.  
 Viuald. *de matrimon.* Ratio est, quia votum semper in-  
 cludit conditionem, nisi obstat maius bonum, maiusque  
 ius: tunc vero maius esset bonum conseruatio speciei  
 maiusque vinculum ius naturale, obligans individuum  
 ad conseruandam speciem.

CAPVT XVI.  
 DE IMPEDIMENTIS  
 ad matrimonium contrahendum.

De